22

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

PRÆDICTIONE MORTIS,

vulgò

Vom Leben absagen/

Quam

AUXILIO ARCHIATRI SUMMI

Indultu Gratiosissimæ Facultatis Medicæ

in florentissimâ ad SALAM ACADEMIA

PRÆSIDE

AUGUSTINO HEINRICO FASCHIO, Med. D. Anatomiæ, Chirurgiæ & Botanices Professore & Archiatro,

Domino Patrono ac Præceptore æternùm devenerando,

PRO LICENTIA

summos in arte Medica honores ac Privilegia Doctoralia solenni ac legitimo modo capessendi,

publico Philiatrorum examini submittit

JOHANNES CHRISTOPHORUS Schnetter/

STREIFFDORFFENSIS FRANCUS,

Urbis & Præfecturæ Ducalis Heldburgensis h. t. Physicus Ordinarius,

Ad d. VIII. Maji A. R. S. M DC LXXXVI.

In Auditorio Magno horis ante & pomeridianis.

JENÆ, Literis KREBSIANIS.

SERENISSIMO

PRICIPI AC DOMINO

DOMINO

ERNESTO,

DUCI SAXONIÆ, JULIÆ
CLIVIÆ AC MONTIUM,
LANDGRAVIO THURINGIÆ
MARCHIONI MISNIÆ, PRIN-
PALI DIGNITATE COMITI
HENNEBERGIÆ,
COMITI MARCÆ ET RAVENS-
BURGI,
DYNASTÆ IN RAVEN-
STEIN,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

SERENISSIME PRINCEPS
AC DOMINE,
DOMINE CLEMENTISSIME,

NOn eo animo ILLUSTRISSIMUM NOMEN VESTRUM paucis hiſce pagellis præfigere vo- ac ſi ullum Sereniſſimi vultus mereantur, itum, ſed quoniam ſufficiente omnino liacunq; ſpecimina apud literatos lucem icientia autoritate, quæ non ſimul Excel- aliquod Nomen affixum habent, deſtitu- ur.

loc ipſo igitur partim eandem fortunam huic ſtudiorum meorum fœtui fœnera- udui, partim lætatus inſimul fui, aliqua- ne nactum eſſe occaſionem ſummam be- iorum Principalium magnitudinem in, nmeritum planè ex ſingulari VESTRA, ENISSIME PRINCEPS, gratia ac cle-

clementia toto ſtudiorum meorum decu
collatorum cum devotiſſimæ mentis grati
dine deprædicandi.

Cumque ſpatium hic non exſtet ſufficie
nec ea omnia ſatis aſſequi liceat, paucis co
plector : ſtudia nimirum mea immatura
fortunæ tenuioris largisſimo ſtipendio &
turare & evehere, evecta verò publico off
nunc ſuſtentare voluit SERENISSI
CELSITUDO VESTRA.

Excipiat igitur SERENISSIMA C
SITUDO VESTRA levidenſe hoc devo
ſimi tamen cultus monumentum fronte
mentiſſima, ac ulterioris Gratiæ & Clem
tiæ rivos in meam tenuitatem derivare
gnetur, humillime oro.

DEUS O. M. SERENISSIMAM CELSITUDI
VESTRAM una cum CONJUGE & PROLE S
NISSIMA ſeros in annos ſalvam ac incolum
ſervet, felicique regimine ac omni bono
cumulo quàm largiſſime beet. Jenæ 3. M
Maji M DC LXXXVI.

Sereniſſimæ Celſitudinis Veſtræ

Subjectiſſimus Servus

PROOEMIUM.

Nihil sane conformitatis illius, quam homo cum Deo, conditore suo, habuit, reliquias nobis ob oculos ponere potest melius, quam quod illius intellectus ad futura prænoscenda ac prædicenda certis in rebus atus satis ac instructus adhuc sit: licet vana admodum, imò ulla ferè, quædam tamen sint ex hoc pronata præsagia.

Audent quidem Astrologiæ divinatrici studentes ac inprimis, quos Genethliacos vocamus, prodire, & trante *Langio l. 1. Epist. 35.* ex planetarum coitu, aspectius ac dignitatibus, quas ex cœlesti nativitatis figura, quam æli thema appellant, nati vitam, necem, fata, morbos, onjugia & utramque fortunam prædicere: in illos tamen *ellius* Accianum illud detorquet;

Nihil credo Auguribus, qui aures verbis divitant
Alienas, suas ut auro locupletent domus & loculos.

este enim *Ptolomæo*, Astrologorum Principe, libro, qui *Arba* insignitur: *Effectus stellarum varii admodum sunt incerti, quoniam incertum est, quâ ratione materia subjecta cœlestem fluxum recipiat.* Constat etenim non omne gens agere ad modum impressionis, sed ad modum receivitatis suæ.

Longè verò divinationibus ac præsagiis his astrolocis præstant illa, quæ causis ac signis certis nituntur, qui-

busque præsentibus & cæteris paribus semper quoque effe
ctus certus eveniat necesse sit.

Inter hæc non infimum locum obtinent prædictio
nes medicæ, quarum tractatio in parte, σημειοτικῇ dicta, su
scipitur: quæ pars utireliquis omnibus præstat; nisi enim
ex signis certis morbi cognoscatur species, frustra quoqu
ad eundem curandum Medicus quamcunque tandem im
pendit operam: ita etiam hic nulla alia ratione φιλόσοφος
ἰσόθεος, *DEO æqualis philosophus* appellari poterit, quam
quod futura (hoc enim divinitatem arguit) tum cir
morbum ipsum, tum imprimis hujus eventum, & an
salutem, aut mortem vergat, exponere noverit.

Res sane difficillima: & ipsam hanc difficultatem
optimè prævidisse Galenum, nemo nobiscum dubitabit, q
noverit, hunc de reliquis omnibus Medicinæ partibus
pra quadringentos libros edidisse, eosque ad unum omn
rationali methodo expediviſſe: solam verò hanc pr
stantiorem Medicinæ partem σημειοτικὴν, nulla exacta m
thodo excoluisse.

Placuit proindè ex tàm abstrusâ & intricatâ medi
næ parte thema pro disputatione inaugurali nobis eli
re, *prognosticumque* solùm *mortis*, pro ingenii viri
indagare & placido proponere examini. De prædicti
mortis, inquam, vulgatissimo illo circa morbos præ
cendi modo à Medicis multis jam retrò seculis & n
quam non in iisdem vel mediocriter periculosis exac
agemus. Ut vero id operis bene cedat, DEI futurorum
omnium γνώστου certissimi, Archiatri summi, auxilium
ploramus ardentissimè!

C

Caput I.

Nominis significationem acceptionemq; variam proponit.

Cum juxta vetus illud : πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν πρῶτον ἐξετάζειν δεῖ τὰ ὀνόματα, meritò & hic vocabuli hujus significationem præmittimus, ex cujus compositione, quæ fit ex præpositione *præ* ac verbo *dicere*, patet, idem esse prædictionem sive prædicere, ac aliquam certæ rei, antequam contingat, indicationem facere: quod, ut quilibet videre potest, plus etiam est, quam præsentire: hoc enim solummodo sensibus nostris volvitur ac revolvitur: illud verò non tam animo cogitatur, quam pleno ore effertur, unde etiam Germanico idiomate *Mortis prædictio* exprimitur, das Leben absagen: quæ quidem locutio plane à verborum significatione recedens, rem ipsam tamen apprimè ob oculos ponit.

Non absimilis huic phrasi est illa forensis, cùm reo morte damnato paucis ipsam ante executionem diebus mortis futuræ obeundæ aperitur sententia, quod ipsum nostro idiomate efferri audimus quotidie, einer Malefitz Personen das Leben absprechen/ oder den Tod ankündigen.

Ipsa tamen hæc locutio priore nonnihil videtur esse vehementior: sicut etiam omnino à Judice & Magistratu supremo, utpote qui libera in reos vitæ ac necis potestate gaudet, talismodi violenta prædictio fieri potest: in hoc tamen optime conveniunt, quod quemadmodum hæc non absque accurata singularum circumstantiarum ac juris momentorum pensitatione contingit: Magistratus enim supremus aut juxta Nemesin Caroli M. Scabinatus, qui ex consummatissimis JCtis constituti sunt, sententiam mortis de reo ferunt: ita etiam Medicus non simpliciter hunc vel illum, quo quis laborare potest, morbum ac hujus tempora

respicit, sed potius illa tempora, quæ incrementum ac statum dicimus, in morbo exspectat, postea concurrentium symptomatum vehementiam & horum causas comparatione facta cum ægrotantis viribus probe ac intimius scrutatur, atque tum demum suam quoque de morte futura profert sententiam.

Neque hæc nostra in medica arte prædictio ex illa videtur originem duxisse, cum verum in praxi clinica habeat & agnoscat fundamentum. Ut enim omnes à veneranda antiquitate de hac re conscriptos libros, ex quibus sola Prorrhetia Hippocratis ingeniosè tradita & per experientiam practicam tanquam certissima hactenus confirmata nominasse sufficiant, silentio prætereamus, quod ipsum tamen abunde satis institutum nostrum probaret; in medium adducimus quotidianam ac necessariam Medici cum miserrima ægrotorum turba conversationem.

Vocato enim Medico ad lectum ægrotantis præsentem morbi statum considerat, causas ac harum, si quæ adest, seriem continuam evolvit, ut & symptomata urgentia perpendit, ac tandem medicamenta convenientia cum legitimi horum ac diætæ usus traditione præscribit, non omissis quoque aliis externis v. g. tactu pulsuum, aut certis in morbis □arum inspectione &c. eumque sic jam suo satisfactum putat officio, en! ipse ægrotus aut adstantes inprimis de eventu morbi (licet immaturè ac frivole satis interdum) soliciti, Medici quoque expoſcunt judicium, illumque ad mortem vel salutem præsagiendam precibus compellere student. Unde etiam si forsan Medicus prægnantibus de causis, ex præcipitantia, aut consuetudine alias mala, mortem futuram pronuntiet: ipsi statim actum esse putant, ac deinceps quoque quicunque de ægrotantis statu certior esse vult, hac loquendi ratione instruunt, patientem non fore superstitem; Medicum enim prædixisse illum moriturum: der Doctor habe ihm das Leben abgesaget. Unde patet Medicum sat cautum ac avarum quasi hâc in parte sese gerere debere, ne ipsius autoritas, ipsaque ars periclitetur. Alias

lias enim si plures, quibus hanc fecit prædictionem (uti interdum fieri potest) reconvalescunt, artem suam vilioris inde arguunt pretii ac certissimæ incertitudinis, aut ipse etiam ob id reputationem suam amittere potest.

Caput II.

Definitio realis proponitur.

Est autem Prædictio mortis sententia ægrotanti de interitu ejus circa incrementum ac statum morbi facta ex accurata hujus cum ægroti viribus collatione, à Medico inventa.

Genus posuimus *sententiam*: ea enim quæ animo hactenus circa morbi cursum cogitavimus, jam pleno ore efferre non erubescimus, sed ægrotanti, quem morbus eventum sit nacturus, exponimus.

Cum autem hoc tam late sumtum videatur, ut etiam nulli non oris effato quacunque in re facto accommodari posset, ipsam statim differentiam specificam apposuimus, depromtam partim à morbi tempore, partim ab hujus eventu.

Tempora morbi sunt duo illa, quæ Medicis *incrementum*, & *vigor* sive status communiter audiunt. Non enim in *principio* hanc sententiam fieri posse patet, quod tunc Natura adhuc robusta & pugnam saltem cum morbo decernat, nondum verò hunc sive concoctionẽ materiæ morbificæ aggressa sit: in *augmento* vero, sive αὐξήσει, Natura jam ad materiam morbificam concoquendam ac prælium cum morbo secundum revera sese accingit: unde signa nonnulla lethalitatis ex concoctione materiæ morbificæ peti possunt, quæ omnia evidentius ἐν ἀκμῇ, *vigore*, morbi & maxima inter morbum ac naturam pugna & symptomatibus omnium tunc vehementissimis apparent. Non secus enim ac in prælio publico, ubi primum pugna decreta alter alterum, deinde

catervatim & vehementius seſe invicem invadunt, prius non dejactura aut victoria pronuntiatur, quàm cùm demum u terque exercitus maxima cum vehementia conflictantur, u bi prudens CampiMareschallus prosperum aut infelicem copiarum suarum conflictus exitum animadvertit: ita quo que in conflictu hoc inteſtino microcosmico, naturæ & morbi, fieri solet, ubi hic insidiis vehementissimisque stipa tus symptomatibus naturam, & hæc morbum pleniſſimo a audace planè marte aggreditur; & tunc *demum* quoque Medicus prudens è viribus ægrotantis hoſtem, cum suâ v hementiâ judicare poteſt, an nimirum vincere sufficiant; a verò succumbere cum ipsa Natura neceſſe habeant.

Eventus, de quo noſtra hic fertur ſententia, triſtis s tis eſt: ægro enim qui vita adhuc fruitur, qua nihil in h mortalitate svavius, indicamus, eum mox aut certe tande hoc in morbo eandem cum morte commutari debere.

Hoc autem quo certius noviſſe poterit, signa circa hoc tempus occurrentia & cauſæ horum neceſſariò gravit à Medico erunt perpendendæ; ut, monente *Hippocrate lib de Morbis*, interrogatus de morborum originibus, eorumq cauſis reſpondere, & qui iſtorum longi & breves, lethales non lethales haberi debeant, diſtinguere poſſit. Affect siquidem differt *ab affectu*, *cumtio à cumtione*, ideò Medic sedulam navabit operam, ut in ingreſſu ad infirmos omn hæc benè obſervet, ſi & famæ suæ & nomini bene conſultu eſſe velit: fruſtra enim in morbo incurabili de ſalute pr nuntiatur, & contra: nam prædictiones ſalutis, aut mort ἀπάμπαν, *non omninò* certæ ſunt in morbis acutis, argume to *Coi 2. aphor. 19.*

Optime igitur in hiſce ſibi proſpiciet, ſi signa & h rum cauſas noverit, probe dignoverit, & quid tandem f tiendum ac de futuris præſagiendum accuratè secum reputaverit; de quibus in ſequentibus.

CAPU

CAPUT III.

Signa, ad mortis prædictionem concurrentia exhibet.

NOn in omnibus morbis ſigna ad mortem prædicendam tam facile inveniri, ſed Medici quoque opus eſſe prudentia ac judicio, patet ex dictis. Ut vero hæc ſolicitè inveſtigemus, requiritur: I. *Ut certi antè omnia ſimus de morbi natura ac ſpecie.* Non intellecti enim nulla eſt prædictio morbi, quæ ex hoc fluere debet. *Nam ſicut cognito morbo rectius remedium poteſt conſuli, & patent indicationes ad quas reſpiciendum eſt, & cur unumquodq; adhibendum ſit*, teſte rium Imperatorum Archiatro *Cratone lib. 5. Epiſt. Medicinal. XIV.* c quoque ex accurata morbi cognitione de futuris accidenbus, & inprimis, an morbus naturam ſuperaturus & mors netuenda ſit, differere ac concludere Medicus poterit.

II. *Ne ſignum in morte aſſerenda ſumamus unum ſolitariè.* um enim prædictio vix rationabiliter fieri poſſit, niſi in illis orbi temporibus, quæ incrementum ac ſtatum Medici apellant: in his autem maxima ſymptomatum omnium & his deſumptorum ſignorum vehementia, ſyndrome quaac congeries ſit; neceſſe quoq; eſt, Medicus ex iis omnibus mul ſumptis ac ritè inter ſe collatis prædictionem ſuam ſtituat: niſi forſan unicum aliquod ſignum ſuffecerit v. g. uando in dyſenteriæ ſtatu partes carnoſæ egeruntur; ubi hoc ſolo mors prædici poteſt.

III. *Ut ſignis præſentibus omnibus congeſtis cauſas horum dulâ perveſtigemus operâ.* Quo ipſo Medicus rationalis, meodicus ab Empiricorum turba ſeſe diſtinguere poterit. um enim & his datum ſit ſigna in praxi obſervare γνώσιν, utique ac Medicus rationalis de morte futura pronuntiare poterunt, prolixa ſolùm & longa experientia conmati: cauſas autem, cur hæc vel illa ſigna mortem ægro

indicent

indicent futuram reddere quia ignorant, ſimiles videntur, credulis iſtis Aſtrologiæ cultoribus, qui ex hac vel illa conſtellatione, hâc vel illâ planetarum conjunctûrâ ac aſpectibus, inſignes & tempeſtatum, & temporum & rerum præſagiunt mutationes: qui tamen inſufficientibus ſuffulti rationibus ſæpè totô cœlô in ſuis errant prognoſticis.

IV. *Ut, cognitis & penſitatis omnibus, non ſtatim & rotund mortis efferat prognoſticon. Helmontii* quidem de *tempor. num. 52 p. m. 602.* ſententia eſt: Nuſquam criſin eſſe: & Medicum artis ſuæ gnarum morbum ante criſeos exſpectationem removere poſſe. In morbis tamen acutis & febribus ſigna concoctionis & criſes reſpicere & obſervare non leve ad prædictionem noſtram conferet momentum. Sic & in morbis chronicis probè examinata viſcerum conſtitutio, ſtatu & κρᾶσι naturali notabilem ſeceſſum faciens de periculô vitæ imminente confirmabit medicum, e.g. in cachexi hydrope, quartana & aliis.

CAPUT IV.

Signa lethalitatis à facultatibus læſis.

SUmmam totius præſagitionis in morituris convaliturisq; eſſe *quoties vis morbi cum ægri facultate conferatur*, oraculum eſt *Galeni lib. 2. prognoſtic. t. 6.* nobis relictum, quos ipſum etiam *l. 3. de criſibus cap. 5.* repetens tempus morbi *ſtatum*, addidit ac elegans de onus portante ſimile appoſuit ac explicavit egregie: quod etiam *Sennertus l. 3. Inſtitut. maj. p. 3. c. 4.* ex eodem allegavit.

Res igitur tota eò redit, ut Medicus vires cum morbi vehementiâ conferat ac perpendat, an illæ usque ad ſtatum & tum in ipſo quoque perdurare poſſint. Hoc enim eſt tempus, uti ſupra cap. 2. jamdum innuimus, ubi natura & morbus maximam inter ſe decrevêre pugnam, ac ultim

vitæ finem aut ſalutis certitudinem: ſi igitur vires ſuppe-
ant, ægrotantem ſive potius naturam morbum eſſe ſupera-
uram, ſin minus eandem occubituram affirmandum.

Cognoſcimus autem vires ac robur Naturæ reſpicien-
lo I. ad *Facultatem naturalem.* Nam animal nutritione opus
abet, quamdiu vivit, quæ abſolutè eſt neceſſaria, undè cum
vitâ hæc pari paſſu ambulat. Per nutritionem enim partes
x quicquid indies iis abſumitur, reſtaurantur, hocque ipſo
otum corpus conſervatur. Neceſſarius proinde eſt alimen-
orum appetitus, qui præter rationem ſublatus, nunquam
on in detrimentum animalis cedere poteſt. Sic plurimos
ovimus mortuos dominantibus vernali præteriti anni
empore variolis ac morbillis, quos tenebat eſculentorum
potulentorum præter aquam crudam averſatio. Similiter
gna lethalia huc ſpectantia ſuppeditabunt maraſmus, a-
ophia, ſingultus, lienteria, dyſenteria, urinæ ſtercorisq; in-
luntarius exitus &c.

II. *Facultatem vitalem*, & in hac reſpirationem & pulſum.
ratio enim ſine vita non eſt, nec vita ſine ſpiratione, & ſemper, dum
vit animal, ſpirat, etiamſi non ſpirare videatur, verba ſunt Cra-
nis *l. 1. Conſil. 5.* longe veriſſima. Flammula enim vitæ
ſtræ per reſpirationem accenſa ventilatur continuò; un-
ſi difficulter æger ſpirat, periculum vitæ ipſi imminere,
ſi id pro ratione morbi fiat, certum eſt: ſi plane non, ne-
ne vivus perhiberi poteſt.

Pulſus quoque certiſſimum facultatis labaſcentis ſignum
æbet. Cùm enim arteriæ omnes inter ſe & cor eandem
beant pulſandi rationem, teſte *Galeno in libello de pulſib. ad Ty-*
. Cor autem focus ſit vitalitatis & vivifici nectaris, exin-
quoque optima mortis futuræ ſigna depromi poterunt:
tiſſimum autem animalis interitum notat, pulſus maxi-
e debilis, aut in febribus continuis & malignis, debilis ac
mulus, ubi mors in propinquo eſſe ſolet; id quod ipſi
perti ſumus graſſantibus præterlapsô autumnali ac hie-
li tempore in diſtrictu Königsbergenſi febri Hunga-
â & petechialibus. Reliqua pulſus ſigna non adeò certa

ſunt,

sunt, imò interdum ex hisce planè nullum formare possi
mus certum prognosticon. Sic in apoplecticis validus sat
ac plenus adest, cùm tamen hi sint quasi ipsius vivæ mort
imagines. Ita fallax sæpè pulsus est, ut in pr
gnosi decipiat eruditum etiam medicum. Nihilomin
tamen hæc Facultas ex tribus illis, quibus animal gubern
tur, omnium potissima manet, quod vel sola ad mortis pr
dictionem signa sufficientia nonnunquam suppeditet, à r
liquis verò duabus talia non expectari debeant.

III. *Facultatem animalem* i. e. sensum & motum :
his enim, si bene se habeant, optimum de ægro ferri po
judicium, autor est *Hippocrates 2. aphor. 33.* In quovis mo
bo, inquiens, valere rationem rectèque se habere ad ea, qu
offeruntur, bonum : contrà verò habere se, malum. Sic v.
febri ardente laborare ac non sitire, pessimum ac lethale
gnum exhibet : mentem enim laborare insigniter signific.
Porrò circa hanc facultatem occurrentia signa lethalia de
muntur, si æger mente excidat, deliret, convellatur, oculis
pertis vel semiclausis dormiat, fixis intueatur, ore semper
et, (nisi hæc more fiant ;) si frustra venetur, de pariete p
leas detrahat, festucas colligat, perpetua jactatione corp
fatiget, è lectô se projiciat sine pudore, si torvum videat, s
ritum altè ducat, alium locum appetat, & quæ sunt alia.

Ratione motus porrò hic in specie attingendum esse p
tamus decubitum, qui quo naturali proximior, eo mel
rem semper de morbi eventu spem concipere possum
Qualis autem esse debeat, tradit sæpe jam laudatus artis n
stræ Parens *Prognost. c. 5.* Cubantem offendi ægrum à Med
oportet in latus dextrum vel sinistrum, ac manus, cervic
ac crura paululum reducta habentem, & omne corpus m
liter positum : ita enim plerique benevalentium cubant,
ita cubare, ut sani solent, saluberrimum : quemadmodum
nim corpus labore fessum, dum quietem per somnum ca
re, ac membra ad futuri diei labores obeundos iterum
borare ac paria habere vult, non ita extendi amat, ut ri
dum quasi totum jaceat : sic enim omnia membra delass

tu

tur magis: sed omnino & utplurimum secundum divini Senis nostri præceptum se gerit aut saltem gerere debet: ita quoque, hæc in ægrotantibus ut fiant, necesse est: & tunc totum corpus adhuc bene gubernari, exinde colligi potest, ac robur validum satis adesse ad debellandum hostem, licet infensissimum.

Hoc ipsum verò non omnibus in genere applicari potest individuis, (quod & de pluribus aliis dictum volumus) siquidem nonnulli à teneris vel natura assuefacti decumbunt v.g. brachiis & manibus supra caput conclusis: qui positus laudabilis quidem non est: musculi enim extendentes hoc modo non quiescunt: interim tamen cum consueta longo tempore etiam deteriora, insuetis minus molesta esse soleant, 2. *aphor.* 50. id ipsum etiam si forsan talis ægrotaret, nullum cujuscunque tandem prognostici præbet indicium.

In latus autem decubuisse ægrotantes utplurimum bonum: indicat enim musculorum robur: nisi forsan loci affecti natura prohibeat, uti v.g. fit in pleuritide. Videmus etiam apoplecticos neutrum in latus decumbere posse, quoniam musculi sunt resoluti, ideoque etiam truncorum ad instar in terram & dorsum cadunt, nulloque modo ad surgendum malo hoc positu apti redduntur.

Soliti hactenus sumus in praxi clinica advertere, an ægrotantes lateri aut incumbant, aut saltem incumbere possint: si hoc bene exequi possunt, ac sese haud difficulter, aut ne adstantium opera ac auxilio singulari erigere, bonasemper sperare jubemus.

CAPUT V.

Prognosis lethalis desumta ab ipsô morbô.

Dicti sunt fontes, ex quibus signa de virium ægrotantis constantia desumuntur: cum autem hæ per se nihil certi concludant, nisi comparentur cum morbo

ipsô, omnino dicendum nunc erit, quomodo morbus mor
indicia & prognosin manifestet.

Considerandus autem hic I. Ratione *speciei suæ*. Sic l
thales sunt pestis & morbi venenati, inflammationes it
dem viscerum principalium graviores, cerebri, hepatis, pu
monum, uteri &c.

II. Ratione *magnitudinis*: duplici autem inprimis mo
do morbus magnus dicitur (a) *per se*, quatenus causam gra
vem habet conjunctam & membrum principale occupat; t
les sunt morbi nonnulli jam nominati; (b) *per accidens*,
causa quidem non adeo gravis, interim tamen principale
liquod membrum intimius affligat, e. g. vulnus cordi, cer
bro, hepati, vasis aliorum viscerum majoribus &c. inf
ctum.

III. Ratione *motus*: in quo censu potissimum sunt mo
bi acuti, qui tempora sua velociter, vehementer ac cito pe
currere solent. Hoc autem summo cum periculo, imo vi
ipsius fieri innuit *aphor. 52. l. 2.* πᾶν γὰρ τὸ πολὺ τῇ Φύσει π
λέμιον. *Omne nimium*, pronuntiando, *naturæ inimicum*: paul
tim verò quod fit, tutum esse.

IV Ratione *complicationis*: quando nimirum morbo gra
alius gravior jungitur: sic enim vires à priore exhaustæ a
teri ferendo aut vincendo, vix pares existunt: aut etiam
si materia morbifica à parte ignobiliore transfertur ad nob
liorem argumento *aphorism. 11. sect. 7. A pleuritide peripneu
nia malum.*

Ex hisce igitur omnibus & quibuscunque in morbo c
currentibus facta comparatione cum viribus ægrotantis
cilè formari prognosis vitæque terminus prædici poterit:
xemplis rem declarabimus.

Fœmina puerpera in ipso difficiliori puerperio purp
râ correpta malignâ, statim ab enixo infantulo domesti
hæc &illa, quæ ἄνοια planè erant, facienda imperaverat:
riserunt potius, nihil mali exspectantes, sed omnia in par
difficiliorem rejicientes & negligentes; nihilo tamen min

malig

alignitas latitans seſe efflorescentiis mox rubris, flavis ox ac lividis, parùm durantibus, prodidit. Quinto de- ùm die, cùm vires simul & semel erant fractæ, tardè nimis morte ferè præsente ad eandem vocati pulsus deprehen- ebamus celeres ac debiles, ipsam verò ægrotantem fero- ter de auxilio nos alloquentem, verba tamen vix percepti- lia proferentem. Membra insuper superiora convulsio- bus tangi observabantur, simulque manibus errabundis ccos legere ac lectum, quô integebatur, obvolvere incipie- t spiritumque altè satis ducebat: mortis futuræ infallibi- signa. Precibus tamen adstantium ipsorumque cogna- rum satisfacturi unam alteramque propinavimus dosin incturæ bezoardicæ; & momentaneè cutis tota maculis floresebat rubris, paulò pòst lividis factis, recedentibus men. Vocati iterùm longè pejorem deprehendimus sta- m & mortem imminentem. Relicta devotioni sacerdotis suspiriis adstantium, bihorio elapsô vitam cum morte mmutavit.

In chronicis verò morbis, antequam signa lethalitatis ligamus, unicè ad viscerum interiorum constitutionem, supra innuimus, respiciendum est; quâ sine frustrane- ac nullam planè in his Medicus aut spem, aut prædictio- m mortis facere potest.

Sic hydrops alius citò satis mortem accelerat, qui à va- lymphaticis in hepate aut erosis, aut copia humoris di- eratis dependet. Rotundè his divinus Senex mortem dicit *aphor. 56. sect. 7. Quibus jecur aqua refertum eruperit in ntum, iis venter aqua repletur, atq; moriuntur.* Et quibus hâc one mors accidit, plerumque sub totius morbi decursu è se habent, aut exterius vivido colore semper sunt præ- , ut Jovem lapidemque jurares, eos non adeò ægrotare, tam facilè interituros esse, cùm tamen sæpiùs stertore m prævio exspirent. Novimus talismodi exempla plu- a, inprimis verò notavimus in viro primario, qui vespe- tus ac sani instar, hydropicus tamen, mensæ accum- s, mediâ nocte stertore correptus, brevi horarum inter-

vallo ſpiritum dimittere cogebatur. Apertô cadavere j
cur pure refertum & in fruſta diſſolutum præter alia conſp
ciebatur.

Lentus verò fit ad mortẽ tranſitus, quando ex cachexia
riginem ducit, qualiter bibonibus accidit; quos plerumq; t
manent illa flagella; apoplexia, hydrops & arthritis; un
in prædicendo quoque reſpectus ad hæc haberi poterit
Fit tamen ſæpiuſculè, ut, licet de vitâ actum eſſe videatur
citra ſanationis intentionem ſalus eveniat hydropicis.
de hydropico notat *Wierus in obſervat.* & *l. 3. de præſtig. dæm*
cap. 3. laboraſſe quendam Romæ per ſat longum tempo
ſpatium hydrope, uxor autem hujus, ſumptuum inprin
pertæſa, ut eundem ex hoc in alium mundum commigra
faceret, propinat ipſi pulverem bufonis uſti, cumque hoc
poto ingentem lotii quantitatem redderet, ipſa mox fin
vitæ futurum putabat: exhibebat igitur & aliam doſin, q
citiùs miſeriam ſuam abſolvat: ſed exoneratus ille den
per veſicam ſeroſa colluvie præter conjugis ſpem & exſ
ctationem, priſtinam recuperavit ſanitatem.

Sic etiam de Jaſone Pheræo referunt *Plin. l. 7. c. 50. Va*
Max. l. 1. c. 61. quod cum vomicæ morbo laboraſſet, deſpe
tum fuiſſe habitum à Medicis; ipſe verò quô mortem cit
ſibi accerſat, in aciem progreſſus, ubi vulneratô pectore,
que ſic effluxo pure è pulmonis tuberculo, ſanus evaſit.

Citiorem longè, imò citiſſimam affectus chronici r
leſtiſſimi podagræ nimirum curationem refert *Bruno Se*
lius in libro de morbis incurabilibus: In Germaniæ quodam
pido ad Neccarim ſito accidiſſe, ut podagricus quidam
angiportum à ſervis in ſella delatus obviam haberet urſ
incitato curſu irâque frementem, elapſum ſcilicet è vinc
& à perſequentibus irritatum, ibi præ metu aufugienti
ſervis, ipſe quoque podagricus conſternatus vires ſul
ex terrore & conſternatione ſumſit, inque pedes ſe conje
quibus antea nullo modo poterat uti, idque convaleſce
ſuæ principium habuit. Plures caſus ab *Helmontio in l*
de ort. imaginat. morb. & *de morb. ſede in anim. ſenſit.* ac paſſi

obſervationum ſcriptoribus reperibiles, ſicco, quod ajunt, de præterimus.

Sicuti autem hæc in ſubjectis viſcerum principaliorum ſcraſia quadam effatu digna notatis contigiſſe, facile ol-cere poſſumus: ita licet absque hac talia evenerint, tantum men abeſt, ut à via ordinaria circa prædictiones in hiſce ectibus inſtituendas deflectamur, ſed potius fixo pede, tione inprimis & experientia confirmati, eidem inſiſta-us.

CAPUT VI.

Augurium mortis à facie Hippocratica petitum.

Conſideraverunt hactenus Practici tanquam in compendio mortis inſtantis ſigna in *facie*, ab ipſo Divino Sene noſtro Autore dicta, *Hippocratica*, quæ ab ipſo in *libro Prænotionum c. 2.* ſequentem in modum depin-ur: ut habeat æger *Naſum acutum, oculos concavos, tempora ipſa, aures frigidas* contractasque ac *hujus lobos inverſos, cu-* circa frontem duram, *tenſam* ac *aridam, colorem* totius *fa-viridem ac nigrum.*

Omnia verò in pictura hujus faciei dicta, cum partim uraliter in homine ita ſeſe habeant, partim per morbos onicos ζωτικὸν ἄνθος, vividum colorem cum ſubſtantia poris noſtri ac ſpiritibus abſumentes, talia reddi queant, pſa laudati Autoris hujus, quam mox ibidem ſubjungit, tela nullibi applicanda veniunt, quàm in morbis acutis orum principio.

Eruemus ordine itaque ſignorum horum cauſas, ubi o ſe ſiſtit *Naſus acutus*; qui cum duplici modo talis au-poſſit: *naturali*, quo tamen & ipſis Phyſiognomis nil : ita inprimis p. n. ac per morbum talis redditus Medi-xitioſi quid portendit; arguit enim (1.) ſumma Natu-

ram

ram indigere ope, ita ut ab extremis ac iis partibus, quæ sa
guine & spiritu suo, quo aliàs pauco dotatæ sunt, parum a
xilii afferre possunt; hos ad interiora revocare necesse hab
at, cumque (2) hic aliàs parum de carnosa participet su
stantia, tanto citius sanguine & spiritibus intro sese recip
entibus cutis refrigerata contrahitur. (3) Calorem inte
num intensum satis partes consumere ac exsiccare illu
quod adhuc spatia inter cutem & cartilaginem hic expleb
humidum: unde non potest non talismodi acuminata re
di figura, quæ postea quasi emortua de interioribus pe
mum judicium ac exitiale suppeditat prognosticum.

Cum oculi naturaliter constituti figura sua rotund
extus parum protuberent, per arterias carotidas copiosi
me satis, tunicas eorum perreptantes, nutriantur ac spiritu
vitalem accipiant: per primum nervorum par verò mag
spirituum animalium copia ipsis afferatur: quæ profecto
mnia eos aptos satis reddunt, ad spatium ipsis assignatu
commodè explendum ac figuram retinendam. Si igitur
cavantur, ignem plus quàm Vesuvianum in corpore d
tescere, ac eorum humidum ac pinguedinem cum carne m
sculosa quibus ad motus continuò edendos egebant cop
fissime ab illo absumi ac spiritus dissipari, manifestatur:
de non mirum eos concidere ac minus hoc modo ad
plentes spatium *concavos* reddi: deinde quoque per mo
violentiam, quâ Natura infestatur, spiritus ac sanguis
interiora revocantur, atque sic reliqua membra, cùm in
pellendo hoste quoque occupata sint, nutritioni minus
care possunt: hi autem nihil amplius pro nutritione acc
entes contabescunt, ac cavi fiunt. Cum igitur prout o
valent, ita totum corpus valere *6. epidem. comm. 1. t. 28.* inn
tur, extremè hinc organi hujus nobilissimi structuram v
tam esse totumque corpus ruinam minari, meritò concl
tur.

Præter jam dicta porrò mortem in propinquo ess
stantur *tempora collapsa:* intelligitur autem per hæc mu
lus hic loci situs *Crotaphites* ab ipsis dictus, qui valide ca

is est, ac facile naturali sua prominentia in laterali capitis arte una cum arteriarum carotidum ramis satis insignibus, utritionem ac vitam ei largientibus conspectui sese ofert. Ex hujus igitur imminutione ac subsidentia quasi facile conjicitur, tantum naturam pati conflictum, ut etiam in hoc sustinendo omnia vitalitatis elementa, sanguinem ac spiritus impendat, atque sic à partibus, quæ aliàs non facilè cturam horum patiuntur, omnia auferat & exhauriat: ertissimum sanè Naturæ occubituræ signum.

Ad faciem hanc ulterius depingendam faciunt *aures frigidæ ac contractæ*: per eas autem significatur pars illarum externa, auricula dicta: quoniam vero substantiâ fere eâdem um naso gaudeat, easdem quoque in morte prædicenda, gnoscet causas, paulò ante recensitas, quibus iterum enarandis nunc merito supersedemus: quoad contracturam, ero hujus addimus, exiccationem ab igneo calore fieri ac b hanc convulsionem quasi, unde etiam lobus sive infima ujus auriculæ pars ob nervi versus suum principium contractionem inversa ac retorta esse visitur.

Optime sanè temporum figuram, mortem indicanm, excepisset circa frontem dura, tensa ac arida cutis: siquiem vasa ipsis sunt communia, unde illis læsis ac refrigetis non potest non idem quoque circa hanc consequiria autem hæc phænomena circa eandem occurrena optime explicantur per strictura m ac contracturam fiarum, quibus ob connexum hîc loci panniculum carnom plurimis iisque validis gaudet, ac propterea etiam in, atu naturali moveri potest: oritur autem illa à caloris ac irituum intus avocatorum absentia, quibus ablatis fibræ ntrahuntur, & sic cutis, quæ aliàs ob mollitiem ac blandum lorem tactum suaviter afficiebat, jam dura sentitur, arida tensa: quod ipsum interdum non hic solummodo, sed toto corpore quoque contingere solet, ut etiam *Hippocrates* modi sine sudore mori *s. 5. aphor. 7.* annotaverit.

Sed cùm qualis humorum status in corpore, in cute ali-

 às

as efflorescere soleat, ita pessimi indicii erit color inprimis i
facie luridus, sive viridis ac niger, quo tamen facies hæc no
stra dicta etiam tingi toto die videmus. Nam floridus a
vividus aliàs color hic ob cutis teneritatem, carnem ac vas
sanguiflua copiosè subjacentia commode nostro sese sisten
aspectui ab humoribus ad interiora repentibus ac in confl
ctu microcosmico impensis perditur, ac hinc cadaveroſu
hic exitiali sanè cum prognostico relinquitur: Sicut etia
videmus partes sphacelo correptas ad νέκρωσιν tendentes co
lorem nigrum tristi satis cum spectaculo nobis quotidie ex
hibere: imò utplurimum etiam color hic ex viridi nigr
scens summam humorum corruptionem, ac miasmata v
nenata ipsos conjuncta esse, certo indicare solet, uti *Galen*
lib. 5. de loc. aff. c. 7. quempiam meminit à vipera demorsum
cujus corpus talis modi colore infectum se vidisse testatur.
dem quoque de hoc colore sentit *Prosper Alpinus de præsagie*
da vit. & mort. ægrotant. l. 5. c. 4. De livido, inquiens, & n
gro colore quid dicemus? pessimos esse colores in morbis
cutis atque exitiales, qui non nisi à summo humorum pu
tredine nascuntur, aut à calore exstincto. Hoc igitur an
mæ instrumento ablato, hæc quoque corpus organicum d
ferere necessum habet; unde omnes actiones mox cessatu
ras ac mortem subsequuturam fore, certo novimus ac pra
dicimus.

CAPUT VII.

Signa mortis futuræ ab Excre tis ac Retentis, qualitatibus item mutatis sumenda proponit.

NAtura sanè nihil magis intendit, quàm conservati
nem sui, unde & varia in corpore nostro constitu
viscera depuratoria ac excretoria, quæ heterogene
tates in assumtis corpori alendo ac conservando i

otas ſecernerent, ac eliminarent. Quandocunque igitur æc, quæ excernuntur, ratione ſubſtantiæ, quantitatis, qua-tatis, temporis ac ipſius ægri euphoriæ peccant enormiter, ala ac exitialia ſigna exhibere ſolent.

Sit primo loco *urina*, quæ in morbis acutis ac febribus ötima præbet cruditatis ac concoctionis ſigna: unde *Cous ſ. 4. aphoriſm. 71.* inquit. *Quibus die ſeptimo futura eſt criſis, iis una rubrum die quarto nubeculam habet*: tenuis autem perſeveans cruditatem denotat, & ſi alba ſimul naturæ imbecillitem: ruffa verò ac flava magnum in viſceribus incendium: uarum illa in hydrope detentis exitiale ſemper præbet proioſticon, ſiquidem ſerum omne ferè in ventris cavitatem illare notat, ita ut illud, quod in pauca quantitate ordinas vias tranſit, nimium tingatur: pinguedo inſtar telæ anearum ſupernatans colliquationem ab intenſo calore: rbidæ permanentes naturam ſuccumbere ac materiam orbificã non ſubigere poſſe: nigræ inprimis graveolentes iſi ab aſſumptis tales redditæ) ob ſummam humorum pudinem peſſimi ſunt indicii, ita ut etiam *Galenus l. 1. de criſi. c. 12.* inquiat: Peſſima eſt tota denigrata, adeo ut nemim unquam ſervatum viderim ex iis, qui talem urinam nxerunt: pauca verò, aſſumptis quantitate non reſponns, aut à calore intenſiſſimo humidum abſumi, aut ob rbi violentiam naturam ita debilitari, ut officio ſuo misritè defungi queat: idque tantò magis, ſi planè ſuppriatur, aut præter voluntatem emittatur: ſedimenta hujus robis ſimilia, aut ſquamoſa & furfuracea maximè daantur ab *Hippocrate 2. Prognoſt. t. 28.* exemplo Sileni, qui n niſi ſpatio dierum quadraginta fuit ſervatus.

Excrementa alvi ſimul vitioſè ſe habentia, citius exitium afe indicant. Nimirùm quando aut ſincera, aut nigra, liquiac graveolentia ſunt, quando in nimia vel parca quanti-, imò neſciis ac non recordantibus elabuntur, atque absque coctione prægreſſa aut ſubſequa ægri euphoria at, mali ſemper ac exitialis quid portendunt, naturámq;

in operibus ſuis planè aberrare ac facultatem exſolutam eſ
confirmant, exemplo dyſenteriæ malignæ, fluxus epatici &
Vomitus in morbis, ſi turgentes in primis viis prav
humores evacuent, quod ex ægri euphoria patet, ac à natu
ra tales inſtituuntur, quique habent ſigna coctionis pr
greſſæ, verbo: *critici*, ſemper boni ſunt: ſi verò promiſcu
obveniant non levatô corpore, humores pravi rejiciantur
imò ipſamet excrementa; quod in morbo iſtô à Medi
miſerere mei dicto contingit, mortis ſigna præbent non co
temnenda.

Sudores nimii, ſine ægrotantis euphoria contingent
reſolutionem virium, ac *frigidi* mortem inſtare denuntian
ſicut etiam *hæmorrhagiæ* ſymptomaticæ paucæ, diebus i
perfectè criticis venientes in utroque ſexu, ac uteri in
quiore, nunquam bono cum omine fiunt, ſed ſemper ſuſ
ctæ eſſe debent, ac imprimis in febribus malignis ubi
piùs accidunt reſolutivæ, quibus mors acceleratur, ſie blu
ſich zu tode.

Excretiones per ſputum in morbis thoracicis ac acutis, v
pleuritide exquiſita, febribus continuis ac malignis no
levem in prognoſi vim obtinent: & in pleuritide quide
ſputum primò cruentum deinde album, coctum magis, l
ac æquale ſuccedat, ſanè reliqua non reformidamus ſy
ptomata licet graviora: imò horum, ut & phthiſicorum
unica ſalus in hâc excretione conſiſtit; quâ ſuppreſſâ p
culum longè majus, imò interitum ipſum indicat.

Quod denique attinet qualitates mutatas, præcipua
præcedente capite enucleatæ ſunt; quibus hîc exitiale
ſemper illam prædictionem, à frigore deſumtam, adjun
mus; quâ de *Hippocrates aphor. 1 ſect. 7.* In febribus interr
tentibus, ſi exteriora algent, interiora verò uruntur; ac
unt ægri, abſolutè lethale eſſe pronuntiat: ac *Helmontius*
Blaſ. human. §. 25 p. m. 176. Eſt nimirum, *inquit*, frigus
in nobis mortis indicium, quia comes.

CAPI

CAPUT VIII.

Modum prædictionis mortiferæ tradit.

COgnitis licet signis certissimis futuri ægrotantis interitus, non tamen promiscuè omnibus prædictio facienda erit effato Præceptoris nostri fidelissimi ac Promotoris studiorum nostrorum insignis, Excellentissimi Dn. D. *Marci Mappi*, in alma Argentinensium Universitate t. t. theoretices Professoris celeberrimi, in disputationibus medic. *36. de sign. 4. th. 6. Medicus ægrotanti mortis præsagium vix rotundo ore efferre debet.* Hoc ipsum pristinis seculis communis Medicorum moris fuisse memoriæ requit optimus eloquentiæ parens, *Cicero lib. 2. de Divinat.* Hoc homines probi, *inquit*, non faciunt, ut amicis impendentes calamitates prædicant, quas illi effugere nullo modo possint, aut Medici quanquam sæpè intelligant, tamen nunquam ægro dicunt, illo morbo eos morituros.

Non tamen abs re aut commodo erit, ægrotanti imperio, qui nullam æternæ suæ salutis curam habere vult, sed huic mundo totus quasi coactus valedicere, Medicum aut adstantes mortis certitudinem ex circumstantiarum multitudine indicere, ut animæ suæ, ceu thesauri pretiosissimi, salvandæ rationem inire citius moveatur.

Igitur pro ratione circumstantiarum, tùm à morbô ipsô, tùm ab ægrotantibus ipsis desumtarum vel indicare mortem, vel parcere humanæ infirmitati potest Medicus, qui corporis tuendi gratia adest, ne consternationis animi causa fiat, quæ in vitæ detrimentum redundet, ut habet *Bruno Seidelius in libr. de morb. incurabil.* & ob causas jam allegatas ferè nunquam Medicus ægrotanti dicat: *Morieris.*

Neque etiam in hoc prædicendi modo illa respicimus

medicamenta, quibus nonnulli ſtudent agonizantibus jam ægris, vitam prolongare. Cùm verò inter hæc aurum potabile quaſi primas obtineat, idem verò vix tanti putamus ac hujus proferunt ſtudioſi; ſed potiùs cum accuratiſſimô Dn. *Ludovici*, in *pharmacia pag. 99.* & paulo infrà *p. 293. Satius eſſe putamus è Medicamentis aurum, quàm ex auro medicamenta Practicos facere.* Quin multos ſanè diutiùs ſuperſtites fore judicamus, ſi modum aurum potabile, aut commeſtibile quoque conficiendi aut ignorarent planè, aut ſaltim intermitterent, hoc eſt, aſſiduis potationibus & commeſſationibus luculentam vitalitatis flammulam non obruerent ac planè tandem ſupprimi anſam darent.

Cæterum nullam artem cum Langio *in epiſt. 79. l. 1.* (quam hanc in rem legi tota meretur) quantumvis Naturæ ſit æmula, præſtare poſſe putamus, nec ullum Medicum ſuis medicamentis, ut naturalis vitæ periodus ultra ſuæ latitudinis limites prorogetur: primigeniam enim individui temperaturam, veteri abolita reſtituere, eſt impoſſibile, licet omnino Medicus juvare poſſit, ut calor & humidum, vitæ illa elementa, usque ad naturalem vitæ periodum perdurent, ut docet pars medicinæ γηροκομικὴ dicta, *ſenum* nim. *valetudinem providens*, definiente eandem hoc modo *Galeno lib. 5. methodo medend. c. 4. & l. de Mamſm. c. 5.*

CAPUT IX.

Neceſſitatem ac uſum hujus prædictionis in praxi oſtendit.

NOn opus ſane fuiſſet tam anxie hactenus occupato eſſe in ſignis prædictionis mortiferæ, imò nec modo ipſo efferendo, niſi aliquis in Medicum, Practicum inprimis reſultet uſus, isque proficuus maximè.

Cum

Cum autem varius is sit ac multiplex, potiores, si non nnes sub duplici numero commodè comprehendi pote- nt: quorum prior efficit, ut sic confidentius ægri curæ suæ committant; quatenus nimirùm credunt, affectum ab so rectè cognitum: quod dudum jam novit ac annotavit ppocrates prognost. c.1. inquiens: *Medicum uti providentia, uti hi videtur, optimum*; ac porrò: *Medicus prædicens coram ægro esentia & futura, quæque infirmi omittunt enarrans, creditur a- ssere ægri conditionem: hinc audent homines, magis se concredere dico.* Quantum autem Medico interfit, ut ægrotantes æ suæ se committentes, ipsi in hac confidant, optimè no- nt, qui hæc in praxi felici maximo cum commodo & gau- toto die experiuntur: famam enim sibi hâc ipsâ conci- e potest bonam; quæ deinceps cætera Medici requisita, si non semper prout debent, adsint aut adesse possint, red- quoque laudatissima: hæc autem si minus bona, Fama malum erit, quo non velocius ullum.

Posterior est, quatenus sæpe Medicus tristis eventus dictione suspicionem criminis à se amoliri potest. In- alia enim, quæ Medico obtingere possunt, mala, hoc ma- um quoque est, quod suspicionem, imò & accusatio- n cædis interdum incurrat. Sic novimus Medicum do- imum, qui paucos ante annos cædis fœminæ cujusdam sabatur: sed maximâ cum laude postmodum à variis dicæ artis Facultatibus, quas in consilium vocaverat, ab ipso crimine ob curationem methodicè institutam ab- ebatur.

CAPUT X.

Abusum exprobrat ac contemnit.

cut quavis in re quo majore usus laude dignandus, eo everiore abusus reprehensione ac vituperio afficien-

dus

dus sit: ita hic inprimis fieri debere patebit ex sequen
bus.

Cum enim res ipsa, qua de agitur, summæ dignita
sit: vitæ enim præstantia, me quoque tacente, cuilibet
oculum patet; ideoque nec temerè cum hac ludendum: s
præstantissimus hic naturæ thesaurus summo in pretio, se
per habendus, nec ejus fines nisi certis præsentibus signis
urgente necessitate indicendus.

Male, imò pessimè hîc sese gerunt Medici nonn
Practici, qui exhibitis forsan medicamentis sat conveni
tibus ægrotorum affectui, aut suo saltem judicio suspic
tibus læsionem aliquam visceris, cacochymiam & humor
pravorum in corpore abundantiam; aut si in morbis acu
magno cum impetu statim omnia ingruunt symptoma
mox etiam de morte pronuntiare solent: cum tamen inp
mis ratione posterioris contra datam *divini Senis* regulan
phor. 19. lib. 2. impinganti. Ubi in morbis acutis non om
no certos salutis ac mortis prædictiones asserit; quod sa
us quoque inculcatum nobis meminimus à *Magnifico D
Johanne Alberto Sebizio, Praxeos* olim, *Anatomiæ, Botanice
Chirurgiæ* in alma Argentinensium P. P. celeberrimo, Pra
ptore ac Promotore studiorum nostrorum æternum ob
vando, *νῦν ἐν ἁγίοις*, qui exemplum Practici cujusdam
dem, felicissimi aliàs, non sine cautelâ in *Collegio Patholog
Practico* circa hanc materiam adducebat.

Hic enim grassante ibidem ante annos aliquot mo
dicto, Hungarico, juvenes utplurimum, viros floridæ
tis, ac œnopotas invadente, ob maximam symptomatu
vehementiam nullis non ferè hoc morbo laborantibus n
tem prædixerat: inde verò cum plurimi reconvalescer
non minimam posteà in praxi ob diffidentiam experieb
jacturam.

Neque porrò omni vacant culpâ, qui ægrotantes q
tidianâ de salute recuperandâ spe quasi nutriunt, cum
men nec morbum, nec aliquod hujus symptoma remitt

se

tiant: Sic enim artem ſuam nobiliſſimam, varia ignomi-
ac incertitudinis labe contaminant, ac ſeipſos tanquam
us ignaros prodere ſolent: unde medium hîc tenuere
ti.

Silentio etiam hîc præterire vix fas eſſet duos adhuc,
in medica arte & hujus apud miniſtros inprimis occur-
ſolent, mortis prædicendæ modos.

Inepte ſatis, communiſſimè tamen, Chirurgi, balneato-
verbo, barbitonſores, ægrotantes ſuos, quaſi jam mori-
dos tractare ſuſcipiunt, ſie nehmen die Patienten vor To-
n.

Experimur etiam eos promiſcuè in vulnere nonnihil
undiore, luxatione aut fractura non rite curata, exciſio-
licujus excreſcentiæ in parte utcunque ignobili, ſi inpri-
ſymptomata quædam naturæ affectus convenientia ſe-
ſocient, ſtatim etiam ſuam mortis prædicendæ formu-
afferre, ut riſu interdum potius, quàm reprehenſione
i ſint: interim tamen monendi, ut à frivolo hoc mor-
ræſagiendæ modo abſtineant, ne nobilem hanc Medici-
artem craſſiſſimis ignorantiæ nævis amplius conſpur-

Si verò ex certis circumſtantiis animadvertunt vul-
eſſe lethalia, qualia *aphor. 18. ſect. 6.* ab Hippocrate enu-
ntur: pertuſa, *inquiente*, perſectave (ſcil. profundius)
a, cerebro, corde, ſepto transverſo, tenui quopiam in-
no, ventriculo, jecore, lethale eſt, quæ etiam paſſim ac
xius Chirurgorum doctiorum libellis inſerta leguntur,
vetat, rotundè in his mortem prædicere? in luxationi-
erò, exciſionibus, abſciſſionibus partium, quarumcun-
andem periculum indicare?

Cum verò Medicorum, inprimis quibus ſalus corpo-
populi à Magiſtratu ſupremo demandata eſt, interſit,
uſus quoscunque in detrimentum populi tendentes à
iis hiſce ac aliis medicinæ impoſtoribus jamdum intro-
& quotidie adhuc irrepentes, è medio, quantum in
ſt, præcipiente id ipſum *Langio in prolog. lib. 1. epiſtolar.*

it. *lib. c. epistol. XI. p. m. 42.* ita etiam eos hic brevibus c
xisse sufficiat, præcipuè cum, si omnes eorum loquend
eptas formulas, circa hanc materiam occurrentes veli
examinare, non facile nobis inveniendus esset

F I N I S.

NOn minimum decus est Medici, prognost
signa
si sciat in morbis, pensitet atque benè
Hanc Te nosse artem Tua dissertatio præ
Mi SCHNETTERE, docet: gratulor hisce
Ausibus. Hinc summos jam nanciscéris honores,
ac Phœbus solvet præmia digna Tibi.

Nobilissimo Dno Doctorando gratulabundu
adpos.

Rudolfus Wilhelmus Crausius D.

ÆGrum depositum fore qui prædicere novit,
quiq; evasurum, clarus is est medicus.
Et curare etenim par est, & corpora nosse,
ut præstò possint viribus esse suis.
Tu benè prædicens curas feliciter ægros,
unde Tibi veniunt præmia, fama, decus.

Affectus & gratulationis ergo
scribeb.

Georg. Wolffg. VVedeli

HIc labor est, SCHNETTERE, tuus, qui digna mere
præmia Doctoris. Prosperet hæcce DEU

Nobilissimo Dno Doctorando de optimè mer
honoribus gratulatur

PRÆSE

V

VIRO

Nobilissimo ac Præclarissimo

Domino

JOHANNI CHRISTOPHORO SCHNETTERO,

Poliatro atque Eparchiatro Heldburgensi laudatissimo,

Amico & Compatri meo Honoratissimo,

pro

DOCTORIS MEDICI CORONA

Haut ambigue certanti

S. P. D.

TE, SCHNETTERE! satum claro de sangvine, celsos
Inter Doctores doctum ductumve, probatum
Magnis post patriæ Patribus, Heldburgica Tempe
Abs Ducis Excelsi tunc mente manuque subire,
Profliges morbos, jussum, mox Vota benigna
Undique contuitum, tandem quoque prospera Fata
Nunc hic, nunc illic expertum, dante Jehovah,
Dicturæ Cathedræ DOCTOREM sidere fausto
Acclamo breviter: FELICITER OMNIA CEDANT!

Theodoricus Treuner, M. Pastor
& Superintendens Heldburgensis.

Arguit

ARguit interdum dubiæ prædictio mortis
Judicium præceps & rationis inops.
Dum sibi præsumens Medicus prædicere mortem,
Sæpe perit citiùs, quàm moribundus obit.
Ast SCHNETTERE docens, quæ sit prædictio vera,
Judicii prodis lucida signa tui.
Hinc Te vera manet Phœbi prædictio: Vives,
Atque artis medicæ DOCTOR acutus eris.

Boni ominis & adfectus ergò ita præclamitat

Andreas **Dürfeldt**/ præfectus in Heldburg.

PRædicunt mortem certò peccata futuram,
Ast horam certò nemo notare potest.
Porrò Genethliacus præfinit tempus ab astris;
Sed fallit profans, fallitur ipse simul.
Arte necem Medicus, morbum vitamque revelans
Indiciis perstat, quæ proba sana puto.
Hoc doctus noster SCHNETTERVS præstat abundè,
Dum scandit cathedram dicere signa necis.
Ausis perdignis adsit DEus oro, rogoque,
Ut cæptis porrò prospera fata creet.

His Fautori suo summos in Facultate Medicâ honores adipiscendi abituro adesse voluit, debuit

Laurentius **Schuhmann**/ Diaconus Heldburgensis & filiæ Holtzhusanæ pastor.

FINIS.